



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

I. De presbyteris & diaconibus, si post ordinatione[m] filios genuerint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

PRÆFATIO.

ANNO
 CHRISTI
 400.

* Patro-
 nus,
 * Alicia-
 nus,
 * Lampad-
 dius,

CONVENIENTIBVS episcopis in ecclesia, Toletu, id est, * Patruinus, Marcellus, Aphrodisius, * Licianus, Iu-
 cundus, Seuerus, Leonas, Hilarius, ° Olympius, Ortizius,
 Asturius, * Lampadius, Serenus, Florius, Leporius, Stadius,
 Aurelianus, Lāpadius, Exuperantius de Gallicia, Lucensis
 conuentus, municipii^f Celenis, omnes decem & nouem
 isti sunt, qui & aliis gestis aduersus Priscilliani sectatores,
 & hæresim quam adstruxerat, libellarem * direxere sen-
 tentiam. Confidentibus presbyteris, adstantibus diaconi-
 bus, & ceteris qui intererant Concilio, congregatis, * Pa-
 truinus episcopus dixit: Quoniam singuli cœpimus in ec-
 clesiis nostris facere diuersa, & inde tanta scandala sunt,
 quæ vsque ad schisma perueniunt, si placet, communi
 Concilio decernamus, quid ab omnibus episcopis in ordi-
 nandis clericis sit sequendum. Mihi autem placet^h consti-
 tuta primitus Concilii Nicæni perpetuo esse seruanda, nec
 ab iis esse recedendum. Episcopi dixerunt: Hoc omnibus
 placuit: ita vt si quis cognitis gestis Concilii Nicæni, aliud
 quam statutum est, facere præsumpserit, & non in eo per-
 feuerandum putauerit, * tunc excommunicatus habeatur,
 nisi per correptionem fratrum emendauerit errorem.

* dedere

* Patro-
 nus

* hic

CAPITVLA.

I.

Placuit, vt diacones, si vel integri, vel casti sint, <sup>In decret.
Iuon. lib. 3.</sup>
 & continentis vitæ, etiamsi vxores habeant, in mi-
 nisterio constituentur: ita tamen, vt si qui etiam
 ante interdictum, quod per * Lusitanos episcopos
 constitutum est, incontinenter cum vxoribus suis
 vixerint, presbyterii honore non cumulentur. Si
 quis vero ex presbyteris ante interdictum filios sus-
 cepit, de presbyterio ad episcopatum non * per-
 mittatur.

* priores
 ante nos
 episc.

* admit-
 tatur.

II.

Item placuit, vt * de pœnitente non admittatur <sup>Dist. 50.
Placuit.
& in dec.
Iuon. lib. 6.</sup>
 ad clerum, nisi tantum si necessitas aut vsus exegerit,

* pœni-
 tētes non
 admittā-
 tur ad

Concil. Tom. 3.

Cccc